

Hypotheca generalis comprehendit etiam fructus postea apud alium dominum enatos & perceptos, & apud animalium, ancillarum, fructus agrorum. si à debitore sati sunt. fol. 285. n. 878. ubi vide plura de fructibus usufructuarii debitoris. Si ex fructibus natis venditis ematur aliud prædium, hoc non est subiectum sicut fructus. n. 879. Neque comprehenduntur illi fructus, qui, postquam res principalis alienata fuit, primum sati, & percepti sunt ab eo, qui dominus rei factus est. Nec comprehenduntur fructus industriales postea ab hærede percepti, bene tamen naturales. n. 881. Nec comprehenduntur fructus sati & percepti conductore fundi obligati. fol. 286. n. 882.

Nomina & Jura personalia possunt hypothecari. fol. 288. n. 890. Ususfructus potest hypothecari, si verò consolidetur, expirat hypotheca, nisi dominus consensisset. 893. & seq.

Oppignorato prædio, servitutes quoque sunt oppignorate & hypothecata. fol. 289. nu. 895. & seq. ubi plura de Servitutibus hypotheca, quæ vide verbo, *Pignus*.

Feuda non possunt hypothecæ subijci à Vasallo. fol. 290. n. 999. de quo plura verbo *Feudum*. Emptor feudi non habens paratam solutionem, non potest feudum oppignorare aut hypothecæ subijcere, nisi facultas vendendi in favorem Vasalli concessa esset, aut oppignoratio cederet in commodum domini. fol. 290. nu. 997.

Si dominus directus dedit consensum in hypothecam, sed cum restrictione ad certum tempus, elapso tempore expirat hypotheca, etiam durante feudo, quia habet tacite adjectam clausulam cassatoriam. fol. 291. n. 902.

Hypothecato prædio, non censetur hypothecatum Jus patronatus annexum, nisi haberet annexos aliquos speciales redditus, tunc enim hoc Jus esset hypothecatum. fol. eod. n. 903.

Hypotheca in diem constituta, habet prioritatem respectu posterioris absolute constitutæ ante adventum diei, dummodo pecunia mutua prius numerata sit. fol. 293. n. 914.

Hypotheca generalis uni facta, non impedit, quin & alteri fiat: imò etiam cum speciali hypotheca alteri facta consiliet, etiam infcio priore. fol. 295. nu. 920.

Si eadem res sufficiens est pro duobus debitis exsolvendis, potest hypothecæ speciali duobus obligari illis inconsultis. fol. eod. nu. 921. Si non sufficit, priore creditore consentiente, & posteriore etiam infcio, adhuc potest utrique obligari. nu. 922.

Si creditor consentit in certam aliquam personam, censendus est sibi quoad illam personam duntaxat præjudicare voluisse, si scivit, non sufficere pro utroque debito, adeoque amittit præla-

tionem respectu hujus solius: si generaliter permittit, respectu omnium postea constitutorum hypothecariorum amittit. fol. 295. nu. 923.

Si debitor eandem rem insufficientem duobus creditoribus in seipsis obligat, habet secundus creditor actionem hypothecariam personalem, ut alia res sufficiens obligetur, & agere potest de crimine Stellationis. f. eod. n. 924.

De Actione Hypothecaria, vide, *Pignus*. & *Serviana*.

Hypothecæ Tacitæ seu Legales.

Fiscus habet tacitam hypothecam in omnium suorum debitorum bonis omnibus, presentibus & futuris. f. 308. n. 972.

Pupilli & Minores habent tacitam hypothecam in bonis suorum Tutorum, Curatorum. Item in bonis matris ut tutricis, & in bonis vitrici, si mater nupserit, priusquam liberis tutorem petierit, aut reliqua persolverit. eod.

Filius familias habet eandem in bonis patris ratione administrationis adventitorum matronum, & in quibus ususfructum non habet. f. 308. n. 973. Ecclesia eandem habet in bonis Administratorum. f. 309. n. 974.

Maritus pro dote sibi promissa eandem habet in bonis illius qui dotem promissit, ut dos solvatur, & si quid evincatur, ad interesse. eod. Uxor habet eandem in bonis mariti cum jure prælationis, de quo alibi. f. 309. n. 975. Idem dicendum de augmento dotis postea superaddito. f. 310. nu. 976. Idem de Paraphernalibus, si à marito administrantur. nu. 977. Mulier habet eandem ob contradotem, sed non cum jure prælationis. n. 978.

In re alteri empta ex pecunia pupilli, habet pupillus ratione pretij nondum soluti hypothecam specialem tacitam ita privilegiatam, ut in tali re præferatur omnibus anterioribus hypothecariis, etiam expressam hypothecam habentibus. f. 310. n. 979.

Locatori sunt obligati fructus prædij locati, item res illatæ in prædium urbanum ab Inquilino. eod.

Legatarij & Fideicommissarij habent tacitam hypothecam in bonis testatoris. f. 310. num. 980. Non extenditur tamen ad res alteri legatas, sed eas solum, quæ apud hæredem manent. eod. Potest testator hanc hypothecam remittere. eod.

Credens pecuniam ad reparationem ædificij, habet in eodem ædificio tacitam hypothecam. fol. 311. n. 982. Non est tamen extendenda ad eum, qui credit ad aliquam rem emendam, aut de novo ædificandam. Facilius extenditur ad eum, qui ad conservandam domum, vel aliam rem jam ante oppignoratam alteri crederet pecunias. eod.

Ignoran-

I. Ignorantia.

Regula Juris 47. *Præsumitur Ignorantia, ubi scientia non probatur*: Non est intelligenda de legibus promulgatis. f. 5. n. 21.

Ignorantia pœnæ à lege delicto impositæ, tunc excusat à pœna, quando lex ipsa ignoratur ut prohibens actum. Si autem solum ignoretur pœna lata, & sciatur lex prohibens, non excusat à pœna ordinaria non medicinali, bene tamen ab extraordinaria, & à medicinali, quales sunt Censuræ. f. 20. n. 102. & seqq. Vide etiam *Lex*.

Illegitimus Naturalis. Quinam hi sint, vide *Legitimi*.

Matre, vel legitimis filijs, vel nepotibus aut propotibus cujusvis sexus existentibus, unam tantum unciam potest pater naturalibus filijs illegitimis eorumque genitrici, vel si concubina sola existeret, semianciam relinquere si unica sit, & nulla uxor legitima existeret. f. 61. n. 278. Nullis legitimis descendentibus aut ascendentibus existentibus, potest naturalibus jure novissimo pro libitu relinquere. num. 279. Videnda est *Novella* 89. c. 12. §. 3.

Existentibus liberis legitimis, avus non potest pro suo libitu instituire nepotes naturales ex filio naturali vel legitimo, nec potest illis plus relinquere, quam pater filijs naturalibus: idem de nepote legitimo ex filio naturali dicendum. f. eod. n. 280.

Immiffio in Bona Debitoris.

De hac Immiffione & duplici Decreto, vide: *Consummatio*.

Immunitas Ecclesiastica.

Si Principes vel Communitates contra Ecclesiæ libertatem Statuta faciant, feuda quæ ab Ecclesia habent, ipso jure amittunt. f. 329. n. 899. Plura de Immunitate, vide, *Juridictio. Asylum*.

Imperium Merum. Mixtum.

De Imperio mero & mixto, vide *Jurisdicctio*.

Status Imperij, & Nobiles immediati, vulgò *Freiherren Ritterchaft*, per Investituras cum Territorijs ab Imperatore Superioritate Territorialium, & Regalia cum omnimoda Jurisdicctione mero & mixto Imperio accipiunt: quod in Bavaria Principis nomine exercent Superiora Dialecteria, Præfecti Electorales, ex Landstis vero illi solum, qui hoc habent annexum suis Castellis, quæ ad differentiam Hoffmarchiarum vocantur solum Imperium solum, *Hoffmarchen* vocantur, aut quibus Princeps specialiter concessit, ut Civitates Principales. fol. 9. n. 37.

Causæ Meri Imperij non possunt, universim loquendo, alteri delegari. fol. 2. n. 2. Si tamen habens merum Imperium sit absens, potest alteri delegare, sicut & ob infirmitatem. n. 3. & 4. Et tunc censetur causa solum mandata ad cognoscendum, non ad definiendum. f. 3. n. 9.

Quid observetur Jure Bavarico, vide n. 10. Ad merum Imperium spectant delicta, quorum pœna est membri abscissio. Quamvis hac pœna non sit propriè capitalis. f. 4. n. 11. & seqq.

Ad merum Imperium spectat Deportatio & Relatio. fol. 5. n. 19.

Item spectat Incarceratio ad custodiam in causa criminali, vel perpetua pœnalis. f. 6. n. 25.

Item Tortura gravis. n. 28. & bonorum confiscatio. f. 7. n. 29.

Impubes.

Impubes an possit esse testis in testamento, *Testamentum. Testium inhabilitas*.

Tomo 2.

Impubes factus pubes, admittitur ad dicendum testimonium de illis, quæ in impubertate pubertati proxima vidit. f. 28. n. 128.

Impubes, quantumvis sui juris sit, & pubertati proximus, usque ad inchoationem illius diei, quo completur decimus quartus annus in masculis, duodecimus in femellis, testamentum facere non permittitur. fol. 52. n. 238. Neque in hoc miles est privilegiatus. n. 239. Neque testamentum convalescit superveniente pubertate. eod. Imò nec adjecto juramento firmaretur. n. 240.

Incarceratio.

De hac vide, *Captura*.

Incendium.

Quomodo teneatur Conductor domus ex incendio in domo conductæ exorto, vide *Locatio Conductio*.

An paterfamilias domus incensæ, aut qui demolitur ædes incensas, possit conveniri ex lege Aquilia, vide, *Aquila lex*.

Tomo 6.

In Jure Canonico variæ pœnæ statuuntur, quæ referuntur eod. num. Item Jure Civili. n. 332. In Ord. Carol. jubentur exuri, n. 333. Nullo facto discrimine inter Nobilem & Ignobilem. f. 134. m. 334. Nec inter incendium factum ruri, vel in civitate. eod. Extenditur etiam ad mandantem. eod.

Ab hac pœna non relevatur incendiarius prætextu præcedentis itæ ad adversario causatæ. n. 335. Neque tamen etiam faciliè exasperari potest. n. 336.

In hoc crimine ad pœnam ordinariam sufficit attentatum. nu. 337. Si tamen penitentia ductus causas incendij removisset, mitius puniretur arbitrio Judicis. n. 338. & seqq.

Quòd minor ætas excuset, non satis probatur ex Jure. f. 135. n. 340.

Qui non quidem dolo, sed tamen culpa incendio causam dedit, pro culpa & damni diversitate puniatur, quandoque etiam in corpore. n. 341. Plura vide, *Aquila lex.*

Incestus.

Tomo 2.

Nepos ex incestuosis nuptijs descendens, non potest ab Avo incestuoso haeres institui. fol. 61. n. 277.

Tomo 6.

Incestus committitur per copulam carnalem inter personas conjunctas gradu Dirimente matrimonium. fol. 135. n. 344. Idem cum conjuncta conjunctione Spirituali. fol. 136. n. 345.

Incestuosi in linea recta, puniendi sunt pena gladij, tam mas, quam femina, in quocunque gradu sint conjuncti. n. 347. Idem dicendum (spectato Jure) de lateraliter conjunctis, nisi locorum consuetudo obstat. n. 348.

Nuptiarum incestarum pena est amissio dotis vel contradotis date, & post mortem etiam ceterorum bonorum, & intestabilitas, nisi existent personae conjunctae, quae enumerantur n. 349.

Indebiti Condictio.

Tomo 4.

Cui aliquid indebitum solutum est, tenetur restituere ex Quasi contractu, qui in pluribus differt à Mutuo. fol. 357. n. 1149.

Quando indebitum solvitur ex re fungibili, vocatur *Promissum*. n. 1150.

Ex hoc Quasi contractu datur Condictio Indebiti, quae etiam competit illi, qui dubitat, an debeat, & solvit revera indebitum. fol. 357. n. 1152.

De rigore juris non conceditur repetitio indebiti soluti per ignorantiam Juris, bene tamen ex aequitate, quae ab ipso jure agnita sit. fol. 358. n. 1154.

Cessat haec actio 1. Quando ex causa Jurisjurandi solutum est. 2. Si sine dolo fuerit transactum. 3. Quod ex causa iudicati solutum est. 4. Si solvatur ex causa dubia tali, ex qua gravius damnetur solvens, si convinceretur. 5. Si solum sit ex causa pietatis credita. f. 359. n. 1157.

Competit etiam solvendi debitum sub conditione ante eventum conditionis, si haec contingens sit. fol. 359. n. 1158. Si conditio est certo futura, possit ex aequitate repeti literulurum. n. 1159.

Indebiti condictio competit etiam illi, qui dolo inductus ad contrahendum debitum, illud deinde solvit. f. eod. n. 1160.

Qui absolutus in iudicio agnoscit se fuisse debitorem, & solvit, non habet jus repetendi tanquam indebitum. f. 360. n. 1161.

Qui per errorem solvit, quod alius debet, putans se debere, potest solum repetere. fol. eod. num. 1162.

Qui solvit copulative, quod solum debebat alternativè seu disjunctivè, habet in Repetitione

I.

electionem, sicut habuerat in solutione. f. eod. n. 1163.

Datur haec Actio haeredi & contra haeredos. fol. 361. n. 1164.

Si Procurator indebitum solvit, vel accepit, competit condictio domino, & adversus dominum, si regulares habuit, sedus, convenit procuratori, & adversus eundem. f. eod. n. 1165.

Si res indebita soluta non amplius exstet, petitur aestimatio, in quantum alter locupletior factus est. f. eod. n. 1166.

Fructus merè industriales non sunt restituendi. eod.

Si duo Correi ambo solvant totum, neglecto beneficio divisionis, tunc, si simul solverunt, singuli possunt repetere solum indebitum, si successivè, solus posterior. f. eod. n. 1167.

Potest huic Adioni à solvete validè renuntiari. f. eod. n. 1168.

Solvens indebitum per errorem transfert dominium. f. 362. n. 1170.

Indicia.

Tomo 6.

Indiciorum copia reo est edenda, etiam non pendenti, ante condemnationem. f. 272. n. 321.

De Indicijis ad Torturam praerequisitis, Vide: *Tortura.*

Indignus successione.

Tomo 1.

Successione indigni sunt, qui defunctum occiderunt; causam moris praeberunt, mortem ulcisci neglexerunt: ejus iudicium impugnant: gravis delicti reum faciunt: status controversiam movent: qui petunt bonorum possessionem contra tabulas: qui uxorem contra leges duxerunt: inimicitias capitales cum defuncto exercuerunt: illi maledixerunt: uxorem ejus corruperunt: in fraudem legis promiserunt restitutionem facere personae incapaci successione: qui hereditatem compilarunt in quantum compilarunt: qui de hereditate viventis improba pacta fecerunt: denique qui se à tutela testamentaria excusant. Sed horum ultimorum portio non credit sibi haereditatem. f. 498. n. 531.

Tomo 2.

Quibus tanquam indignis haereditas auferatur, cum non sint simpliciter incapaces haereditatis, sed auferatur in partem, possunt haereditatem retinere, donec per sententiam condemnentur. f. 63. num. 288.

Infamia. Infamator. Infamis.

Tomo 1.

Infamia alia est Juris, alia facti, quae quidem non est auctoritate legum constituta, sed tamen opinionem apud honores civis gravat. f. 366. num. 502.

Infames infamia Juris, sunt triplicis generis. Ex delicto proprio. Ex alieno. Ex officio vili. f. 166. n. 503. ubi specificantur, qui primi generis sunt, quorum

quorum aliqui sunt infantes ipso jure, alij per sententiam condemnatoriam. Deinde qui secundi & tertij generis sunt, specificantur. f. 167. n. 504. & seq.

Omnis Infamia à Jure Civili introducta, est approbata à Jure Canonico, quo jure superadduntur Irregulares ad Sacerdotium ex delicto, Raptores Mulierum, descendentes in duellum, eorundemque patrini 3 Insecutores Cardinalium. fol. 167. num. 506.

Infamia facti non est perpetua, sicut Infamia Juris, nam factio contrario tolli potest. f. eod. n. 507.

Precipuus Infamiae Juris effectus est, quod excludat ab omnibus dignitatibus & officijs, etiam Tabellionis & Advocati. Nec Episcopus potest dispensare cum Infamibus ut ad Ordines ascendant, in susceptis tamen ut ministrant post peccatum penitentiam, potest dispensare, si tamen delicta fuerint adulterio minora. fol. 167. num. 508.

Contumax in causa delicti infamantis, non fit per sententiam infamis. f. eod. n. 509.

Sententia Arbitri non facit infamem, in causa in qua sententia Judicis faceret. f. 167. n. 510.

Infamia per sententiam incurrenda, potest etiam post litem contestatam evitari, si reus offerat pacem pecuniariam, in quam esset condemnandus. f. 168. n. 513.

Infans.

Tomo 1.

Non obligatur legibus, etiam quando malitia supplet aetatem. f. 19. n. 94.

Infantem esse capacem Dominij, est de fide. f. 342. n. 208. ubi etiam ratione probatur.

Infanticidium.

De hoc vide, *Paricidium.*

Inhibitio.

Quando Inhibitio ob introductam appellationem decernenda sit, vide: *Appellatio.*

Injuria. Actio Injuriarum.

Tomo 1.

Injuria Theologicè loquendo (nam in alio sensu accipitur communiter à Juris peritis) est Voluntaria actio vel omisso actionis contra Jus alterius. Unde Regula: Scienti & consentienti non fit injuria neque dolo. fol. 89. n. 112. & seq. Et: Nemo videtur fraudare eos, qui sciunt & consentiunt. eod.

Potest quis injuriam pati, etiam si habeat complacentiam, vel etiam desiderium Actionis injuriosae. Ut ergo Volens non patiat injuriam, requiritur talis voluntas, quae quis cedat jure suo, & haec debet laedenti innotescere. f. 89. num. 115. Haec autem voluntas non semper est efficax, nempe quando inhabilitatur à Superiore, ut in pupillo,

I.

minore, conjuge, filiosam. saepe inhabilitantur, de quibus alibi. 116.

Injuria nunquam fit consentienti voluntate efficaciter cessiva juris. f. 90. nu. 118. ubi ad varias instantias respondetur. Consentienti voluntate inhabilitata ad cedendum jure suo, adhuc fit injuria. 124. Quod si talis positivè resisteret, & non consentiret, esset quidem peccatum ejusdem speciei, sed in majore gradu malitiae. 125.

Injuriarum tria genera Jus considerat. Nam alia est Injuria Realis, alia Verbalis, alia Scripta. Realis fit in corpore alicujus, pulsando, pudicitiam attentando: item si quis re sua, aut publico jure uti prohibetur. Si non debitoris, quasi debitoris bona, infamandi causa occupantur, aut pigus profertur. Vestis ad invidiam alicujus mutatur. Si fidejussor idoneus non accipitur: Si is qui idoneum dabat, in Jus rapitur. Dignitas infamij protensa cineribus demonstratur, infamia pietatis notatur, &c. Verbalis. Si alicui convictum sit, vel quid probrosum obijcitur. Scripta, quae fit per libellum famosum. fol. 178. num. 509. & seq.

Injuria alia dicitur Atrox, alia Levis. Atrox aestimanda est vel ex facto, vel ex loco aut tempore, vel ex persona. f. 179. n. 571. Filius emancipatus potest atrocem injuriam persequi contra patrem, non levem; filiosam. neutram potest. eod.

Injuriarum actio datur non solum laeso, sed etiam patri ratione filiosam. Marito ratione uxoris, focero ratione nurus, (si maritum habet in potestate) ceteris conjunctis non nisi quando injuria in illos redundat. f. 179. nu. 572.

Potest pater factam filiosam injuriam remittere, nisi respectivè sit vilis persona. Ex Lege Cornelia tamen nec agere, nec talem injuriam remittere potest. eod.

Actionem injuriarum civiliter intentans, aestimat injuriam penam pecuniariam sibi adjudicandam, à Judice temperandam. Criminaliter vero agens petit condemnari in penam à Judice infligendam. nec haec actiores cumulari possunt, bene tamen eum Actione ex Lege Aquilia. f. eod. n. 573.

Actio haec quatenus competit ex Lege Cornelia est Civilis & perpetua, alioquin est Praetoria, durans per annum. f. 176. n. 574. ubi refertur, quid in hoc Jure Bavarico observetur.

De Actione ad Palinodiam, vide, *Palinodia*. Vide etiam, *Dissamatio*. *Famosus Libellus*.

Injuriarum Actione convictus fit infamis, nisi Judicis auctoritate transigerit, vel per Procuratorem comparuerit, vel ante sententiam ob dubium iudicij eventum aestimationem solverit. fol. 180. n. 579. Jure Bavarico potest imponi recantatio absque infamia. Imò actio ex officio tolli in causa dubia. in evidenti potest Princeps. eod.

Actio

Actio injuriarum aboletur tum morte alterius lite non contestata, tum lapsu unius anni, tum transactione, tum dissimulatione, non revocando statim ad animum, non tamen, si post revocatum ad animum, postea injuriantem salutaverit, vel cum eo biberit, aut alio modo familiaris fuit. f. 181. n. 582. Ea omnia non datur restitutio in integrum. § 83.

De Retorsione injuriarum, vide, *Retorsio*.

Injuria Realis.

Tomo 6.

Pro injuria reali, vulneratione vel alia ignominiosa percussione, commissa, si latus agat criminaliter, potest infligi poena corporis etiam afflictiva. f. 137. n. 351.

Imò ob nimiam atrocitatem posset puniri ultimo supplicio. n. 352.

Injuria atrocissima parentibus illata per vulnerationem, puniri potest fustigatione, vel etiam manus amputatione: levior carcere, vel relegatione. n. 353.

Statuto prohibente, ne quis alium armis invadat, ille quoque reus esset, qui armis ad latus appensis, et si non extractis, alium invaderet. n. 355.

Contra Statutum, puniens poenam graviorem quam alium in sua domo invaderet, peccaret etiam ille, qui invaderet in vestibulo domus. eod.

Instantia.

Tomo 6.

In causis civilibus & in foro civili perimitur triennio. In Ecclesiastico foro non habet terminum. In criminalibus utroque foro perimitur biennio. f. 75. n. 73. Plura vide, *Delictum*.

Institutio Hæredis.

De varijs modis instituendi hæredes, vide, *Hæreditas, Hæres*.

Institutio in arbitrium alterius collata.

Tomo 2.

Institutio hæredis concessa in arbitrium alterius quo ipse velit vel nolit hæredem aliquem esse, etiam si postea arbitri determinet, est nulla quoad causas profanas. f. 69. n. 316.

Valer tamen institutio, quæ alterius arbitrio committitur dispositio ad causas pias, quo casu designatus arbitri erit hæres, sed gravari restitueret causis pijs, vel potius testator censetur testatus ad pias causas, & distributionem commississe arbitrio boni viri, qui si negligeret, ad Episcopum vel Magistratum devolveretur potestas distribuendi, neque in hoc est differentia inter Jus Civile & Canonicum. f. 70. nu. 318. & seq. Neque obfaret valori, etiam si substantia dispositionis

commissa esset per verba: *Si videbitur*. Nam tunc, accedente arbitrio valeret in favorem pia causa, cum ad causas profanas non valeret. f. 71. num. 320.

Si arbitrio intellectuali committeretur institutio, probabilius etiam valeret institutio hæredis profani. n. 321. Item si non substantia dispositionis, sed determinatio inter plures nominatos committeretur, essetque compellendus ad determinandum. 322. Item valeret, si tantum indirecè ab alterius voluntate penderet, nempe sub conditione aliqua potestativa. n. 323.

Eodem modo alterius arbitrio intellectuali potest committi Legatum & fideicommissum. f. eod. n. 324.

Institutio Captatoria.

Illæ solæ sunt voluntates Captatorie à Jure reprobatæ, quibus fraudulenter allicitur alius, ut ejus hæreditate aliquid consequatur. fol. 71. num. 325.

Absente omni fraude, valeret reciproca & conditionata Institutio. *Instituto Titum in ea parte, in qua me instituit*. f. 72. nu. 326.

Non est captatoria Institutio, si ponatur conditio reciproce institutionis de præterito. f. eod. n. 327. Neque conditio esset impleta, si alter mutaret institutionem. n. 328.

Institutio Conditionata.

Hæres extraneus potest institui tam sub conditione potestativa, quam casuali & mixta, etiam de futuro, & tunc suspenditur ejus vis usque ad eventum conditionis, sed postea retrahitur ad punctum mortis. f. 73. n. 330.

Hæres suus potest institui sub conditione potestativa. Tempore implendi designato, videtur conditio evadere negativa, ita ut si moreretur ante tempus, conferretur conditio purificata, quatenus non per totum tempus implere neglexerit. eod. Quando est dubium, an conditio fuerit potestativa, Juxta definit. f. 74. nu. 331.

Supposita sententiâ quorundam, (quamvis contrarium verius videatur) quòd filius hodieque non possit institui sub conditione casuali, idem de Nepote dicendum est, nempe quòd non possit institui, sub conditione casuali novo jure, (licet antiquo potuerit) adeoque sic institutus non tantum legitimam consequetur, sed tanquam æquivalenter præteritus (id est non secundum jura institutus) infirmaret testamentum non minus quam filius. f. 74. nu. 333. & seq. Unde, quia mater hodierno jure non potest filium præterire, ideo (suppositâ illâ sententiâ) nec mater potest filium sub conditione casuali instituire. nu. 335. Exceptâ tamen conditione: *si fuerit emancipatus*. & hoc in favorem filij

filij. nu. 336. Unde etiam in suum favorem posset in aliquo casu sine culpa ex hæredari. 337.

Hæres suus si scribatur hæres sub conditione turpi, testamentum est omnino nullum; saltem antiquo jure inspecto. fol. 75. nu. 338. An jure novo illa conditio habeatur pro non adjecta, est incertum, sed probabile. fol. 76. n. 343.

Institutio sub conditione casuali de præterito, eaque purificata valet. & ideo non rumpitur testamentum agnatione posthumi sub conditione scripti, si ante ejus nativitatem conditio impleatur. fol. 75. nu. 339.

Si filius conditionem casualem admittit, & hæreditatem ex testamento agnovit, conservatur testamentum. fol. 76. nu. 340.

Viderur Jure novo correctum Jus antiquum, ut ram filius quam nepos possint hodie sub conditione casuali institui. fol. eod. nu. 342.

Si dominus servum suum instituit sub conditione casuali, conditione deficiente deficit quidem Institutio quoad hæreditatis conditionem, sustinetur tamen quoad libertatem, imò etiam quoad hæreditatem, si hæreditas non sufficiat ad extinguendam debitam. fol. 77. nu. 344.

Adjectâ conditione casuali, si ab aliquo ad hæreditatem aspirante ejus eventus impediatur, perinde est, ac si conditio evenisset, nisi constaret, quòd impeditio non esset contra mentem testatoris. fol. 77. nu. 345.

Adjectâ conditione potestativâ vel mixtâ, si nullâ negligentia aut culpâ hæredis instituti fiat, quo minus impleatur, perinde est, ac si evenisset. fol. eod. nu. 346. & fol. 78. nu. 348. ubi casus ponitur.

Si quis in aliqua parte est absolute institutus, & in alia conditionatè, nullumque habeat hæredem substitutum, non est necesse expectare eventum conditionis. fol. 78. n. 347.

Conditio quantumvis secundum se honesta, adjecta tamen in fraudem legis, habetur pro non adjecta. fol. eod. n. 349.

Sufficit aliquando conditionem impleri æquivalenter, ad finem à testatore intentum. fol. eod. nu. 350.

Conditionis non nisi in morte implendæ impletio, non est expectanda ad consecutionem hæreditatis, sed cautio fidejussoria præstanda, si cohæres datus sit. fol. eod. nu. 351.

Institutio sub Conditione Turpi, vel Impossibili.

Seclusâ lege positivâ, conditio impossibilis vi-

Christ. Haun. Repert.

tiaret testamentum non minus, quam defecto viciat alios contractus ex præsumptione communi hominum, quòd voluntas testatoris fuisse illi conditioni alligata. fol. 79. nu. 353.

Conditiones impossibiles habentur ex legis dispositione pro non adjectis, & dispositio iustinetur. fol. eod. nu. 354. Aliter nimirum leges præsumunt de ultima voluntate hominis, & aliter de voluntate contrahentium inter vivos: præsumunt enim habitualem animum testatoris, vi cujus ipsemet conditionem ablaturus esset, si seiret esse impossibile, & ideo lex voluntatem supplet. nu. 356. Contrahentes verò inter vivos, possunt ipsimet suam voluntatem declarare, & ideo non est cur suppleatur. nu. 357. Itaque in favorem ultimarum voluntatum leges præsumunt, conditiones impossibiles, conditionatè adjectas esse, nimirum, si possibiles sint. nu. 358.

Conditiones turpes in ultimis voluntatibus solum illæ rejiciuntur, & pro non adjectis habentur, quæ licet impleri non possunt seclusâ ignorantia, adeoque quæ nec possunt honestè exigi, illæ verò quæ solum sunt turpes ex parte accipientis, intrinsecè verò honestæ, (esto fortè voluntas sit ead. nus perverta, quatenus contrarium faceret, si non promitteretur aliquid) adjectæ ultimis voluntatibus sunt implendæ, alioquin dispositio corrumpitur. fol. 80. n. 360. & seq.

Quando conditio adjecta est in se possibilis, ex accidenti verò posito reddita impossibilis, v.g. *si uxorem duxerit Petrus*, (quem ponamus esse Diacenum) tunc leges quandoque præsumunt intentionem alligatam, quandoque non, pro materis & circumstantiarum diversitate. fol. 80. n. 363. & fol. 81. n. 364. & seq.

Conditio perplexitatis, adeoque apparetur impossibilis, potest aliquando bonum sensum habere, & ideo sustinenda, v.g. *si Titius Hæres erit, Cajus sit, & contra, si Cajus erit, Titius sit*. sensus erit: sint cohæredes, sed neuter sine altero. fol. 81. nu. 366.

Conditio turpis per modum gravaminis adjecta, habetur pro non adjecta in favorem gravati, non in favorem substituti, qui excluderetur. f. 82. n. 367.

Si Testator exigat juramentum, non sufficit, si hæres juret, & non faciat, sufficit tamen, si faciat, etiam si non juret. fol. eod. n. 368.

Pluribus conditionibus alternativè positis, sufficit unam purificari, nisi constaret, testatorem omnes copulativè requisivisse. fol. eod. n. 369.

Conditiones indifferentes ut impleantur vel ante vel post mortem testatoris, si non interficit testatoris, eas impleri post mortem, satis est, ante mortem ipsius impleri. fol. 83. n. 370.

P

Valet Insti-

Valeat Institutio facta sub conditione quam testator dicit se positurum in testamento, & postea nullam potuit, modò constat, testamentum fuisse perfectum. fol. eod. n. 372. & seq.

In omni substitutione facta filio, seu legitimo, seu naturali, subintelligitur conditio: si Testator sine liberis legitimis vivis decesserit. fol. 83. nu. 374.

In Codicillis non potest adijci vel tolli conditio Institutionis, quia hoc esset hæreditatem aliquo modo a dimere vel dare in Codicillo, quod directè facti non potest. fol. eod. n. 375.

Institutio Conjugis.

Vide, *Conjuges.*

Institutio Fratrum.

Quamvis frater possit à fratre in testamento præteriri, si tamen institueretur persona turpis, infamis, vilis, moribus improbis, & fratri penitus nihil relinqueretur, possit frater germanus, & etiam consanguineus (non tamen uterinus) testamentum per querelam inofficiosa impugnare & rumpere. Quod si tamen aliquid fratri relictum esset, saltem titulo legati, & illud non adæquaret legitimam fratri debitam, (de qua vide *legitima*) possit solum agere ad supplementum. fol. 96. n. 427. & seqq.

Institutio Liberorum.

Quomodo Liberi sint hæredes instituendi, vide *Testamentum parentum*, & *Legitima*.

Institutio Parentum.

Existentibus descendentes, non est obligatio instituendi ascendentes. nullis descendentes existentibus, parentes præteriti possunt testamentum dicere nullum. f. 95. n. 422. Excepto testamento filij Clerici; quamvis parentes legitimam petere possent ab hærede scripto. n. 423.

Debent Parentes ad minimum institui in legitima, alioquin agent ad supplementum: cæterum possunt institui inæqualiter. f. eod. n. 424.

In ascendentes non habet locum representatio, & ideo existente uno, v.g. matre, avus paternus excluderetur, nec representaret patrem defuncti nepotis: deficientibus Parentibus immediatis, sunt instituendi avus & avia. f. eod. n. 425.

A Substituto pupillariter excluderetur mater etiam quoad legitimam. Jure Bavarico tamen non potest per substitutionem auferri matri legitima in illis bonis, quæ filio aliunde obtrigant, & in legitima, quæ filio debetur à patre. fol. 96. nu. 426.

Institutio Posthumi.

Potest non solum Posthumus *suis*, sed etiam alienus institui, & tali institutione impeditur, ne agnatione rumpat testamentum. fol. 98. num. 437. Qui sint Injuri posthumi, vide, *Posthumus*.

Valeat Institutio Posthumi facta per verbum: *Posthumi*, si ignorante testatore natus sit ante factum testamentum. fol. eod. n. 438.

Posthumus non instituitur rumpit testamentum si supervivat, si non: testamentum valet, quia non fuit nullum. f. 99. n. 440.

Posthumus instituitur, sed natus vivo testatore, non rumpit testamentum. fol. eod. n. 445. adeo ut etiam si testator tempus mortis designasset. v.g. *qui mihi post mortem meam natus fuerit, hæres esto*: adhuc idem dicendum esset. n. 446.

Insula.

Tomo 1.

Insula in flumine nata, si mediam partem fluminis tener, communis fit possidentibus prædia vicina. Pro modo scilicet lautudinis cujusque fundi vicini. Quod si alteri parti proximior sit, eorum est tantum, qui ab ea parte prope ripam prædia habent. Si aliquâ parte divisum sit flumen, & infra unitum alicujus agrum in insulam redigat, permanet ager prioris domini. fol. 117. n. 95.

Insula tunc dicitur de novo natus, quando terra apparet, antè aquâ tecta. Tunc verò fieri dicitur, cum flumen in cornua divisum circumdat agrum. f. eod. n. 96.

Quomodo fit faciendâ divisio Insule per designationem ad prædia vicina, refertur ex Bartolo n. 97.

Insula natans in flumine, nec solo aut alveo eohærens, fit juris publici, quia potius ex flumine, quàm terra prognascitur. fol. eod. n. 99.

Interdicta.

Tomo 1.

Interdicta, sunt Judicia, seu Remedia possessoria. Est autem Interdictum Prætoris decretum Corporis Juris insertum, Sententia non perpetua, sed ad tempus inter litigantes de possessione, donec causa proprietatis plenioris iudicio in Petitorio terminetur. f. 278. n. 310.

Differabant olim Interdicta ab Actionibus ex diversitate ordinis, solemnitatis, executionis, æ formulæ. Hodie, cui olim competebar Interdictum, ei competit Actio utilis seu extraordinaria in factum ad possessionem, quæ quandoque est personalis, quandoque realis. eod.

Dividuntur Interdicta 1. in Exhibitoria: Prohibitoria: Restitutoria. Exhibitoria sunt tria. 1. De libero homine exhibendo. 2. de liberis exhibendis. 3. De liberis exhibendis & deducendis. Prohibitoria

hibitoria sunt. 4. 1. Ne vis fiat ei qui in possessionem bonorum debitoris à Jure missus est. 2. De mortuo inferendo. 3. Ne quid in loco sacro adificetur. 4. Ne quid in flumine publico, ripatve immittatur. Restitutoria ex seqq. constabunt. fol. 279. nu. 311. Interdictum Exhibitorium competit cuivis, quijs habet reale in personam, ut domino in Vassallum, Abbati in Monachum, Tutori in pupillum, Marito adversus Socerum adinvenientem filiam, nisi mariti nimia esset sævitias. eod.

Dividuntur Interdicta etiam in Interdicta Adipiscendæ, Retinendæ, Recuperandæ possessionis. fol. 280. n. 312. Adipiscendæ sunt tria. 1. *Quorû bonorum*. competens hæredi, ut possessionem acquirat contra temerè possidentes. 2. *Quod legatorum*. competens eidem contra legatarios legata propria auctoritate occupantes, ut possit detrahere Falcidiam. 3. *Salvianum*. competens domino fundi contra colonum, ad acquirendam possessionem rerum illatarum, & tacite obligatarum. n. 313. & seq. Retinendæ sunt duo. 1. *Vri possideris*. contra inquietantem possessionem immobilium, nec vi, nec clam nec precario obtentam. 2. *Vrobi*. pro bonis mobilibus. 315. Recuperandæ 4. 1. *Pnde vi*. contra violentum in vasorem, ut expellatur, restituat fructus & damna, amittat rem ipsam. competit etiam injusto possessori, item contra prohibentem ingredi possessionem. item contra nolentem cedere illi, cujus nomine possedit. item contra occupantem rem, quam sit ad alium pertinere. 2. *De precario*. contra precario possidentem. 3. *Remediû ex c. Redintegranda*. concurrens cum omnibus, & plenissimum. 4. *Remediû ex cap. sepe*. contra recipientem scilicet rem in vasam à spoliatore. 316. & seqq. De his vide, *Spoliatus*.

Interdictum Quorum Bonorum.

Datur Successoribus hæreditarijs tam ex testamento quàm ab intestato, tam hæredi ex alle, quàm ex quota, etiam liberis legitimatis contra alium possessorem, non solum ex titulo *pro hærede*, vel *possessore*, sed Utile etiam contra possessorem ex alio titulo, non solum contra actualem possessorem, sed etiam contra desinentem dolo possidere: non obstant exceptione dominij, nisi possit in continenti probari. fol. 281. nu. 322. & seqq. Datur etiam contra eum, qui dolo fecit, ut alius rem hæreditariam uluceperet, ad hoc ut satis faciat pro re usucapta. n. 328. Datur etiam contra possidentem res singulares hæreditatis, cum pro his competit etiam petitio hæreditatis, cum qua Interdictum pariter procedit. fol. 281. nu. 329. Jura incorporalia, & debita hæreditaria, cum non possideantur, non veniunt in hoc Interdicto. 330. Sublato Adriani Edicto, non admittente missionem in possessionem hæreditariam nisi post annum, mitti potest

hæres scriptus statim, si exhibeat testamentum, in quo non appareat aliquid vitium apertum, non obstante appellatione. nu. 331.

Interdictum Quorum Legatorum.

Datur hæredi adversus legatarios propria auctoritate occupantes legata, cum præjudicio hæredis, ut restituant res occupatas. fol. 283. nu. 334. Si hæres ante aditam hæreditatem consensisset, adhuc illi competeret, non item si postea. 335.

Datur hæredi hæredis, imò & successori singulari, si ipse interfit, rem restitui. fol. eod. nu. 336.

Adversus Fideicommissarium universalem non quidem directum, utile tamen datur. fol. 284. nu. 338.

Item datur contra eum, qui ex voluntate defuncti rem possidet tempore mortis. fol. eod. nu. 340. Idem de donatario mortis causâ dicendum. 321.

Datur etiam contra hæredem cui aliquid prælegatum est. fol. eod. 342.

Legatarius hoc interdicto conventus non perdit jus legati, imò habet jus exigendi cautionem de restituendo, detractis detrahendis, nisi post aditam hæreditatem subtraxisset. eod.

Interdictum Salvianum.

Datur Locatori contra Colonum, ad possessionem rerum oppignoratarum adipiscendam. Contra Conductorem prædij Urbani datur Utile. fol. 285. nu. 343.

Adversus tertium possessorem pignoris, cujus dominium acquisivit, non datur Salvianum, ne quidem utile, sed Jure Codicis actione Serviana opus est. fol. eod. nu. 344. Multo minus competit alijs creditoribus contra debitores pignora habentibus Salvianum, sed quasi Serviana. fol. 286. nu. 345.

Datur etiam pro adipiscenda possessione mercium inductarum in ædem conductam, non item pro possessione instrumentorum, quibus debita continentur, quæ non censentur tacite oppignorata. fol. eod. nu. 348.

Interdictum. Utri Possideris. & Utrubi.

In his interdictis uterque litigantium est Actor & Reus, & hoc sensu dicitur esse duplex, Ille tamen habetur simpliciter pro Actore, qui primus ad iudicium provocavit. fol. 287. nu. 349. Iudex, cognita causâ, pronuntiat assertivè: Paulum possidere, deinde possessionem ita confirmat, ut condemnat adversariam in futurum ne vim faciat possidenti, quominus quiete possideat. Exigit tamen à victore

à victore satisfactionem, nihil se in re deterius facturum, sed si in petitorio succubnerit, salvam restitutum. eod. n. 310.

Ut actori datur Interdictum *uri possideris* probare debet, quod in possessione rei immobilis turbatus fuerit ab adversario, & quod tunc possederit. Jure Canonico sufficit antiquioris possessionis probatio. fol. 287. nu. 351.

Competit utile interdictum etiam pro rebus incorporalibus. fol. eod. nu. 352.

Interdictum *Vtrobis*, datur pro retinenda possessione mobilium, sicut *Vtpossideris* rerum immobilium, & in utroque vincit is, qui nec vi, nec clam, nec precario possidet ab inquietante. f. 288. nu. 357. Pro illo autem pronuntiandum est, qui titulum, vel antiquiorem possessionem probat. Quod si unus pretendat possessionem civilem, alter naturalem, aut eandem ex diversis causis, v.g. unus usum rei, alter usufructum, Index utriusque suam probatam possessionem adjudicabit: & utrumque diversis respectibus condemnabit. eod.

Interdictum. *Unde vi*.

Hoc Interdictum comprehendit tam privatam, hoc est sine armis, quam publicam vim: est odiosum, & stricta Interpretationis. fol. 289. 388.

Ut huic Interdictio sit locus, non sufficit, ex meru desertam esse possessionem, nec sufficit, vi compulsam esse ad possessionem tradendam, nec sufficit, impediri per vim, ne possessio acquiratur: neque me, non item meos, dejectum esse, nec denique, si dejectus statim possessionem recuperavit. fol. 289. nu. 359. Datur contra deijcientem vi, etiam si ipse non occupet. 360.

Datur utile interdictum etiam illi, qui Juribus, seu rebus incorporalibus spoliatus est. fol. eod. nu. 361. ubi exempla. Quamvis ita spoliatus possit etiam agere ex constitutione legis, *Si quis in tantum*. C. unde vi. eod. Non datur de Rebus mobilibus. 362.

Juribus insistendo datur hoc Interdictum etiam Notorio Prædoni, dejecto à notorio Domino non in continenti, quod ei licet. fol. 290. nu. 363. & seqq. Clerici tamen in hoc gaudent privilegio, ut à quocumque dejecti vel spoliati, si ab aliquo seu civili seu criminali actione conveniantur, non teneantur in Judicio respondere, nisi prius restituti. nu. 371.

Datur utile Interdictum etiam contra clam possidentem. 292. n. 372.

Datur primò ad Restituendam possessionem rei immobilis. 2. Ad Restitutionem mobilium, quæ dejectus habebat in loco etiam alienorum. 3. Ad Restitutionem fructuum, etiam quos dejectus percipere potuisset, & omnis alterius Interesse: imò

I.

etiam eorum, quæ sine culpa perierunt, eodem modo apud dominum peritura. 4. Spoliatus amittit rei dominium, vel si non fuit dominus, æstimationem. fol. 292. nu. 373. & seqq.

Datur etiam contra tertium possessorem singularem, si sciat rem per vim occupatam. fol. eod. nu. 374.

Interdictum de Precario.

Datur illi qui (sive sit, sive non sit dominus) dedit sive per se, sive per procuratorem precario, contra precario possidentem, vel qui dolo desijt possidere. ad hoc, ut res una cum fructibus post rem petitam perceptis restitatur. fol. 293. nu. 379. & seqq. Est perpetuum. nu. 385.

De Remedio Juris Canonici ex can. *Redintegranda*, vide, *Spoliatus*.

Interesse.

Tomo 5.

Interesse, prout in Judicijis usurpatur, est illud omne, quod nobis factò alieno abest, quodque lucrari potuimus. f. 520. n. 141. Aliud dicitur Singulare, aliud Commune, aliud Conventum. Item aliud Intrinsecum, aliud Extrinsecum. nu. 142. & seqq. ubi explicantur.

Mora & factum Adversarij est radix solvendi illud, quod alterius interest non fuisse in mora, aut aliquid factum non fuisse: non requiritur tamen culpa theologica. f. 521. n. 147. & seqq.

Æstimatio illius quod interest, instituenda est à tempore moræ, regulariter. n. 149.

Ex titulo Interesse licet duplum consequi. quod ita accipiendum, ut ei simplum insit, nempe Valor & pretij rei principalis, cujus occasione Interesse pretenditur. f. 522. nu. 153. & seqq. ubi exceptiones. Hoc autem solum procedit in Contractibus, non in delictis, nam in his etiam ultra duplum potest quis ad Interesse agere. f. 523. nu. 157. Sicut etiam, si major pena conventionalis adjecta est. n. 258. Nec denique in illis, in quibus non potest taxari simplum, quia non constant certà quantitate, specie vel corpore. nu. 161. ubi declaratur exemplis. Index in æstimando Interesse casuum incertorum, etiam ad lucrum cessans attendere debet. n. 164.

Interventio.

Tomo 5.

Definitur: quod sit litis inter alios agitata proprio motu facta participatio. f. 253. n. 374.

Interventio fieri potest dupliciter. 1. In eum finem, ut vel agentem vel defendentem excludat. n. 357.

I.

n. 375. ubi exemplum. 2. Potest se tertius imiscere *Assistenter*. n. 376. ubi referuntur exempla, in quibus Sententia inter alios lata alijs non intervenientibus nocet, vel non nocet.

Interventio non solum coram Ordinario, sed etiam coram delegato fieri potest. f. 254. nu. 378. ubi n. 379. exceptio.

Intervenire licet tam ante, quam post litis contestationem, in principio, medio, & sine litis. n. 380.

Post latam sententiam non nisi appellando intervenire potest per se loquendo. f. 255. nu. 381. & 386. Debet autem in interpositione appellationis exprimere causas & gravamina, cur suam inter sit appellare non appellante principali. n. 382.

Interventio fieri etiam potest in causa appellationis. n. 384. Imò tertius potest appellare à gravamine extrajudiciali. eod.

Non obstante, quod in Rescripto esset positum: *Appellatione remota*: potest tertius appellare. num. 385.

Potest tertius appellando impedire executionem sententiæ, etiam si sciens permiserit litem usque ad sententiam latam pervenire. f. 256. n. 387.

Litigantes etiam invitentur intervenire volentem admittere. n. 388.

Intervenite volens debet probare saltem summarie, v. g. per juramentum, vel unum testem &c. suam interesse. n. 389.

Quando Interventio fit solum *Assistenter*, debet interveniens assumere causam in eo statu, & prosequi, quo prosequitur ille cui vult assistere. f. 256. nu. 390. ubi exemplum.

Quando Interventio fit ad excludendum Actorem, vel Reum, omnes Actus Judiciales sunt ex integro repetendi, ita ut quæ prius acta sunt, manent in suspensio. n. 391. ubi casus. In hoc tamen interveniendi modo non possunt alij excludi, qui volunt assistenter intervenire. f. 257. num. 392.

Interventor potest allegare & probare omnia, quæ principalis omisit, facientia ad causæ expeditionem. n. 393.

Post testium publicationem interveniens assistenter, non potest novos testes producere: excludenter interveniens tunc solum potest, si ignoravit litem esse motam, & testes productos. n. 394.

Intervenies excludens actorem, non propterea impedit processum inter litigantes: nisi possit in continenti probare suam intentionem. f. 257. nu. 395.

Interfusurium.

Tomo 4.

Interfusurium est illud emolumentum, quod percipi potuisset ex solutione facta antequam absolute debebatur. f. 359. n. 1159.

Inquisitionis Processus.

Tomo 6.

Inquisitorij Processu: non solum Jure Ecclesiastico, sed etiam Civili approbatur. f. 206. n. 17. Inquisitio est Delicti informatio Judicis Officio & auctoritate facta. f. 222. n. 84.

Alia est Generalis, alia Specialis. Illa, quæ incerto adhuc delicto vel delincente fit ad informandum, an, vel à quo sit perpetratum. num. 85. Specialis, quæ contra particularem personam fit, postquam de delicto in generali inquisitione jam constat. f. 223. n. 85. & n. seq. ubi refertur praxis.

Ad inquirendum prærequiritur, ut vel constet de corpore delicti, vel facta sit querela. n. 88.

Ad inquirendum, & capiendum, sufficienti probabilia indicia criminis commissi. f. 225. num. 96. ubi exemplum. Quamvis autem sufficienti, relinquatur Judicis arbitrio. f. 228. n. 109.

Ad torquendum sufficienti minus evidentiâ indicia, quam ad condemnandum, debent tamen esse moraliter certa, & prudenter indubitabilia. n. 97.

Ob solam Confessionem delicti, non potest ferri sententia & condemnatio ad penam ordinariam mortis, nisi vel per testes, vel per evidentiâ facti constet de corpore delicti, quando ex natura rei haberi potest. fol. 226. n. 99.

Non est Juris divini aut naturalis, ut speciale Inquisitionem & capturam precedat publica fama de certa persona. In Imperio Romano sufficit ad inquirendum, & ad capturam, disjunctivè vel fama, vel indicia æquivalentia famæ, hoc est, quæ æquè raro fallunt ac fama. fol. 226. num. 101. & seqq.

Inquisitores.

Tomo 4.

Inquisitorum Officium non expirat morte Summi Pontificis. f. 229. n. 711.

Instrumenta.

Et modus probandi per Instrumenta.

Tomo 5.

Instrumentum latissimè sumitur pro medio apto ad instruendum, sive in Judicio sive extra. f. 344. n. 345. Strictius, prout excludit testes. Strictissime pro Scriptura, exceptis libris Rationum. eod.

Aliud est Publicum, aliud Privatum, quod quandoque est authenticum. n. 356.

Si Statutum aliquod existeret circa Instrumenta, non conferetur voluisse extendere ad testes. f. 345 n. 38. Neque etiam ad scripturas privatas. n. 361. Scriptura in Archivo asservata est Scriptura Publica, licet non Instrumentum publicum, quia non confectum à Notario. n. 362.

Ad valorem Instrumenti Publici requiritur. 1. Ut Negotium sit à Notario integrè descriptum, & in materia licita, ut impugnari validè non possit. f. 346. n. 364. 2. Requiritur, ut Notarius ad id faciendum rogatus fuerit, illudque confecerit intra Jurisdictionem illius à quo creatus est, & in causa, in qua habet potestatem. n. 365. Si extra territorium factum esset, extra non probaret, bene tamen intra territorium. nu. 366. 3. De consuetudine requiritur invocatio Divini Nominis, & in terris Ecclesie Invenio Summi Pontificis: in Imperio nomen Imperatoris. f. 347. n. 369.

Requiritur 4. Ut addatur dies celebrati actus: quodsi tantum numerus diei ponatur, etiam mensis exprimendus. nu. 370. Quomodo & qualem errorem corrigere possit Notarius, vide n. 371.

Instrumentum inferendum est locus celebrati negotij. f. 347. n. 373.

Notarius rogatus per se debet Instrumentum componere. Si sit impeditus, auctoritate Judicis, consentientibus Partibus, ab alio perfici potest, ut tamen ipse subscribat. A se compositum potest alteri describendum committere, modo subscribat, & sigillum apponat, & moneat, ab alio scriptum esse. f. 348. n. 374.

Valet Instrumentum compositum ab uno contractuentium, & à Notario descriptum, & in publicam formam redactum. n. 376.

Ut plene probet, omittenda sunt literarum contractiones, abbreviationes, termini valde ambigui, & obscuri, loco Zifferarum integris vocabulis numerus rectius exprimitur. n. 377.

Quando Scriptura est de substantia negotij, postquam confecta est, prælegenda est partibus & testibus, ut saltem tacite approbetur. In alijs hoc non est necesse. n. 379. & seq.

Instrumento inferenda nomina testium. f. 349. n. 381.

Quando Actus non pendet à voluntate hominis, sed à Natura, vel casu, Notarius est rogatus non conficiat instrumentum nisi interveniente Judicis auctoritate. f. 349. n. 385. Idem dicendum, si cederet Instrumentum in favorem Notarij. nu. 386.

Si ex instrumentum non constet, an Notarius fuerit rogatus, præsumitur rogatus. n. 388.

Ex consuetudine, absque Sigillo instrumentum est suspectum, nec plene probat. n. 389.

Instrumentum Publicum facit plenam, seu probatam probationem, & Juris præsumptionem donec contrarium probetur. f. 350. n. 390. & præva-

let alijs præsumptionibus in oppositum. eod. Et quidem etiam in illis causis, in quibus alioquin plures quam duo testes requirerentur, nisi contrarium expresse statutum esset. n. 391.

Instrumentum habens subscriptos plures testes, non propterea plus probat, quam habens subscriptos pauciores. n. 394. Neque ut probet requiritur productio Protocolli. f. 351. n. 395. Plura vide, *Protocolium*.

Quando de viribus Instrumenti dubitatur, cogitur Notarius edere Protocolium. f. 353. nu. 406. Plura vide, *Transumpta*.

Instrumentum authenticum, simpliciter mentionem faciens alicujus qualitatis habitantis personas ad sic contrahendum, vel ad actum sic celebrandum, non referendo se ad aliam scripturam, plene probat illam qualitatem adversus eum, qui præfens illum actum celebravit, dammodo potuerit interesse, quando Notarius fuit rogatus. f. 356. n. 425.

Adversatio excipiente contra Instrumentum ex defectu Notarij, debet producens probare talem fuisse Notarium, nisi scripturæ antiquitas excederet hominum memoriam. f. 357. n. 426.

Quando Notarius vult errorem in Instrumento commissum ex intervallo emendare, debet intervenire Judicis auctoritas, nisi error esset Grammaticalis. n. 429.

Ut per testes probetur, errorem à Notario in instrumentum commissum esse, ne instrumentum inde infirmetur, tot testes sunt necessarii, quot ad ipsum actum celebrandum erant necessarii, & ad eum probandum. n. 430.

Ob errorem per lituram correctum, non possit Instrumentum impugnari quasi vitiosum in substantialibus: sicut possit, si quid in margine adscriptum esset. n. 431.

Apostilla, seu emendatio facta in instrumentum, non subscripta attestazione præsumetur facta ex intervallo. n. 432.

Ob suspensionem de falso, potest impugnari Instrumentum ex varijs indicijs, quæ referuntur. fol. 358. n. 433.

Corruptio Sigilli Notarij, ubi non est de substantia, non vitiat instrumentum. n. 434.

Alleganti, Instrumentum continere aliquam falsitatem, incumbit onus probandi. Quod sufficienter fuerit probando, aliquos ex adscriptis testibus non interfuisse. n. 435. & seq.

Si unus ex testibus necessarijs contradiceret Instrumentum, non quidem omnino argueretur de falso, sed tamen vacillaret fides instrumenti. f. 359. n. 439. possitque juvari alijs adminiculis. Imò si accederet testimonium Notarij, probaret plene in rebus non magni præjudicij. n. 440.

Instru-

Instrumentum potest reprobari per duos testes omni exceptione majores non Instrumentarios. n. 441. nisi testes in instrumento nominati essent examinati, & pro instrumento pari fide deponerent. eod. Vel nisi instrumentum juvaretur alijs adminiculis. f. 360. n. 446.

Præsumptiones duæ contra famam Notarij specti, sufficerent, ut Instrumento non crederetur. n. 447.

Probatà falsitate in una parte instrumenti, totum vitatur, si dolo Notarij commissa probetur. 448.

Si producens conficiens doli fuit, potest quidem ut falsarius puniri, non prohibetur tamen uti alijs probationibus suæ intentionis. n. 450.

Plura vide, *Archivum, Libri Officialium, Ecclesiarum, Mercatorum, Apoche, Chirographum, Epistola, Rationes, Scripturæ sigillatæ*.

De Instrumentorum edendorum obligatione vide: Editio.

Tomo 6.

Conficiens instrumentum falsum, punitur poenâ ordinatâ falsi, qui utitur, mitiore. f. 100. num. 186.

In utente instrumentum falso circa factum proprium, præsumitur falsi scientia, non item circa factum alienum. n. 188.

Intextura.

Vide, *Accessio*.

Inventarij Beneficium.

Tomo 2.

Inventarij beneficium plenius consulitur heredi, quam beneficio deliberandi: quomodo autem sit conficiendum, refertur ex lege 22. *C. de Jure deliber.* f. 149. n. 648.

Commoda Inventarij sunt hæc. 1. Aditâ hereditate cum inventario ritè confecto, (nec petito Beneficio deliberandi) non tenetur hæres ultra vires hereditatis. 2. Si solutis debitis & Legatis non superesset quarta pars bonorum defuncti, potest à Legatis detrahi Falcidia. 3. Ignoranti quantitate debitorum, licitum est solvere creditoribus primo comparentibus primo loco, nec potest à sequentibus inquietari, etiamsi gaudeant jure prælationis, quibus proinde solum conceditur actio adversus legatarios, nempe actio hypothecaria, aut condicção indebiti. 4. Hæres deducit impensas funeris, insinuationis testamenti, confectiois inventarij, & alios necessarios sumptus factos, ut de reliquo primo satisfaciatur creditoribus & legatarijs salvâ Falcidiâ. 5. Si ipse hæres fuit creditor defuncti, actiones quas habuit, non confunduntur cum hereditarijs bonis, sed se gerit, ut alij creditores, duplicem personam sustinens. Unde & sumptus in defuncti infirmi curam factos deducit. f. 151. nu. 649. ubi refertur, quid Jusè Bavario observetur.

De substantia Inventarij non est Signum Crucis in fronte positum. f. 151. n. 650.

Cùm in praxi vix contingat, ut hæres ignoret quantitatem debiti, quia ad proclamationem conveniunt Creditores & Legatarij, si dolo ageret, solvendo prius creditoribus minus privilegiatis, teneretur etiam cæteris. f. eod. n. 651.

Ex eo quòd in relata constitutione per Inventarium hæres indemnisservetur, sequitur, quòd possit Creditores & Legatarios cogere, ut non existente re debita teneantur aliam ejusdem valoris accipere. f. 152. n. 652.

Hinc etiam si quid ex rebus hereditarijs perit, Creditoribus & Legatarijs perit. f. eod. n. 653.

Successores universales, qui propriè hæredes non sunt, ut executores hereditarij non sperantes lucrum ex hereditate, item Usufructuarius universalis, item pater, qui jure peculij occupat bona filij familias defuncti, item Monasterium occupans bona Religiosi propter ingressum, item fiscus, hi, inquam, neglecto inventario non tenentur ultra vires hereditatis. f. eod. n. 654.

Hæredes proprii, etiam causa pia, tenentur in conscientia creditoribus etiam ultra vires hereditatis, neglecto Inventario. Causa pia tamen possit in Integrum restitui. f. eod. n. 656.

Quòd Hæres teneatur etiam solvere legata, non fundatur in præsumptione fraudis, sed est poenâ neglecti inventarij. f. 153. n. 657. Unde & causa pia teneretur, si negligentiam commississet, post judicis sententiam. 658. Si nulla culpa intervenisset, non teneretur hæres, & si de hoc constaret, nec in foro externo condemnandus esset. 659.

Inventarij confectio incipienda est intra 30. dies à tempore testamenti aperti, vel cessantis impedimenti. f. 153. n. 660. deinde ad conficiendum indulgentur alij 60. intra quos si inciperetur & absolveretur, adhuc valeret. 661.

Absentibus Legatarijs adhibentur pro testibus tres cives sive digni. f. 153. n. 662.

Fideicommissarius universalis, restituta sibi hereditate necdum confecto inventario, tenetur ipse conficere, ut gaudeat beneficio. f. 154. n. 663.

Usufructuarius universalis etiam tenetur conficere inventarium, non quidem sub poenâ legis, sed postulante proprietario ad reddendam rationem rerum, alioquin præsumetur dolus. f. eod. n. 664.

Inventarij confectio non potest remittere testator in præjudicium creditorum, bene tamen in præjudicium Legatariorum aut fideicommissariorum. f. eod. n. 665.

Inventio.

Tomo 1.

Bona inventa vel in nullius dominio fuerunt, vel esse desierunt, vel habent dominum, esto